Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



128 130

& mentitur iniquitas: non mihi sed sibi redit ad illam unam post ista
pericula. post labores. post difficultates. Inter manus persequentium.
& tribulantium aestuans. anhelans laborans. & firmus & certus illo suscipiente. illo iuuante. illo docente. illo regente. tamen post illum circuitum. & iubilationem exultans gaudio. & gemens in laboribus: suspirauit ad
extremum & ait. Credo uidere bona dni in terra uiuentium. o bona
dni dulcia immortalia incomparabilia sempiterna. Incommutabilia. &
quando uos uidebo bona dni credo uidere. sed non in terra morientium.
Credo uidere bona dni in terra uiuentium. Cur tu me dns a terra morientium.
quippe me dignatus. e. suscipere terra morientium. & mori inter ma
nus morientium. Credo uidere bona dni in terra uiuentium. suspi
rans dixit. laborans dixit. periclitans dixit. Inter magnam turbam.
tentationum; sed tamen sperans totum de misericordia eius. Audi
xit. Lege mihi constitue. & quid illi dicit. qui legem illi constituit.
Audiamus. & uocem dni de super exhortantis nos. consolantis nos.
illius uocem quem habemus. pro patre & matre. quinos dereliquerunt. illius uocem audiamus; Audiuit enim gemitus nostros.
uidit suspirantes. Intuitus. e. desiderium nostrum. & unam petitionem nostrum. unam postulationem. per alium oratum xpm liben
ter accepit. & donet pagamus istam peregrinationem. quia dilatur us. est. non ab latur us. quod promisit dixit: sustine dnm.
non sustinebis. mendacem. noneum qui poterit falli. noneum
qui non est inuenturus. quod dd omnipotens promisit certus.
promisit. uerax promisit sustine dnm. Uiriliter age. noli
dissolui. nesis inter eos quib: dicitur. uae bis qui perdiderunt susti
nentiam sustine dnm. omnib: nobis dicit. & uim hominum dicit. unus su
mus in xpo. corpus xpi sumus. qui una illam desideremus. qui una illam
petimus. qui in his diebus malorum nrorum ingemescimus. qui credimus nos uidere bona dni in terra uiuentium. nobis omnib: qui unus sumus dicit sustine
dnm uiriliter age. confortetur cor tuum & sustine dnm. quid aliud ubi dicit quam
uti hoc repetat qd audisti sustine dnm. uiriliter ergo qui perdit sustinentiam effemi
natus. e. perdidit uigorem. hoc uiri hoc femine audiant qui iam nouerunt & femina
lis in xpo. nec masculi nec femina. e. sustine dnm. Uiriliter & confortetur cor
tuum & sustine dnm. sustinendo dnm. habebis eu. habebis quem sustinebis. aliud
desidem si mauis. si melius si suauius inueneris. expl. psalm XXVI.